



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

XXXVII. Markgraf Otto beschenkt den Altar St. Sigismund in der
Marienkirche zu Berlin mit der Mühle Dalwitz und mit Pacht, Zins und Bede
von 20 Hufen in Schmargendorf, am 10. Mai 1370.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

gotes geburt driczehundert Jar, darnach In dem Sibinczigften Jare, am Sonabinde neheft nach vnser frouwen tage Assumpcionis.

Nach dem Copiarium No. 57 f. 107 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXVII. Markgraf Otto beschenkt den Altar St. Sigismund in der Marienkirche zu Berlin mit der Mühle Dalwitz und mit Pacht, Zins und Bede von 20 Hufen in Schmargendorf, am 10. Mai 1370.

Nos Otto, — notum facimus tenore presencium vniuersis, quod ob laudem et honorem omnipotentis dei genitricis Sancte virginis Marie et ob diuini cultus augmentum, quem nostris temporibus desideranter affectamus augeri, nostre, progenitorum quoque et succesorum nostrorum marchionum Brandenburgensium animarum remedium salutare, appropriauimus et donauimus et presentibus solempniter donamus altare in honorem sanctorum Joannis Apostoli et euangeliste, Sigismundi martiris, Hugberti confessoris ac sanctarum virginum Catharine, Barbare et Dorothee in parochiali ecclesia virginis beate Marie in Berlin sito et fundato, molendinum, quod vulgariter nominatur Dolewitz cum sex choris filiginis in quatuor anni temporibus, videlicet in festo pasche alterum dimidium chorum, in festo beati Jacobi alterum dimidium chorum, in festo beati Michaelis archangeli alterum dimidium chorum et in festo nativitatis christi alterum dimidium chorum cum XVI solidis denariorum brandenburgensium in festo beati Martini episcopi, singulis annis de dicto molendino perpetuo derivandis, cum supremo et infimo iudicio, cum omnibus iuribus, commodis, honoribus, fructibus, libertatibus et pertinentiis vniuersis dicto altari et vicario eiusdem iusto proprietatis titulo sine impedimento quolibet perpetuis temporibus percipiendis, appropriantes insuper dicto altari et donantes modo et forma meliori quibus fieri potest et debet XII frusta annuorum reddituum in villa Marggrendorp situatorum, primo videlicet pactum XX mansorum, quorum VI pro nunc colit Clawes Stegelitz, VI mansos Peter Quekeler, IV mansos Hans Scheper et IV mansos Hayne Scheper de quolibet manso predictorum III modios filiginis et totidem auene singulis annis in festo beati Martini derivandos et tolendos, quatuor tamen mansis Hans Scheper et II mansis Clawes Stegelitz predictorum duntaxat exceptis, qui quidem VI mansi pactum auene solvere non tenentur. Insuper donamus dicto altari precariam frumenti ac denariorum de XX mansis predictis et cum hoc etiam precariam de VI mansis inibi situatis, quorum IV mansos pronunc colit Hans Smid et II mansos Kuneschottel dictus de quolibet manso predictorum III quartalia filiginis, totidem ordei et auene, in denariis vero de quolibet manso tertium dimidium solidum denariorum Brand. annis singulis in festo beati Martini perpetuo percipiendos. Insuper et donamus altari prenominato censum eorundem vintiquae mansorum, de quolibet II solidos denariorum Brand. singulis annis in festo beati Martini, perpetuo percipiendos, cum decima omnium pecorum de IIII videlicet agricolarum curiis quibus pronunc inhabitant: Hans Scheper, Heyne Scheper, Peter Quekeler et Claus dictus Er, IIII curiis cosfatorum quibus pronunc inhabitant dictus Merten, Clawes Awendorp, relicta nomine Myzelnyn, et relicta Wolvynne, cum pullis fumalibus de predictis octo curiis temporibus debitis derivandis et

perpetuo percipiendis, cum supremo et infimo iudicio velle supredicte, cum servitio curruum, cum omnibus iuribus, fructibus, commodis, honoribus, vtilitatibus, libertatibus, gratiis et pertinentiis (sic) vniverfis quocunque nomine nuncupantur vero et iusto proprietatis titulo ad vsum et vtilitatem altaris prenotati et rectoris eiusdem, vt premittitur, qui pro tempore fuerit, absque mandato et oppressionibus quibuscunque habendis, tenendis, vtiliendis quiete et pacifice possidendis, renunciantes pro nobis heredibus nostris et successoribus vniuersis omni iuri, accioni et impetitioni, quod vel que nobis in bonis singulis premisis per nos prefato altari ita donatis et gratuite appropriatis hactenus competeat, competit aut competere potest quomodolibet in futurum, predicti vero altaris ius patronatus nobis heredibus et successoribus nostris perhenniter reservantes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum autenticum duximus presentibus appendendum presentibus venerabilibus in christo patribus, Dominis Theodorico Brandenb. et Theodorico Havelbergenf. ecclesie episcopis, nobili Alberto comite in Lindow ac strenuis viris Gerharde de Wedele, Hermanno de Wulkow, Hafone de Vchtenhagen, militibus, Nicolao de Bismark, curie nostre magistro, Ottone Morner, curie nostre iudice, Gerharde de Alvensleben Seniore et Joh. de Schepelitz Canonico Stendaliensi, prothonotario nostro, cum ceteris quampluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo, feria sexta infra octavas ascensionis domini nostri Ihesu Salvatoris.

Aus einer Bestätigung des Markgrafen Friedrich II. v. J. 1437. De Frick's Beiträge z. Brandenb. Gesch. S. 118.

XXXVIII. Markgraf Otto verleiht dem Altare Sigismunds und anderer Heiligen in der Marienkirche zu Berlin Gebungen aus dem Zolle der Stadt Frankfurt, am 4. Mai 1372.

Nos Otto — notum facimus tenore presencium vniuersis, quod ad laudem et honorem omnipotentis dei genitricis virginis Marie et omnium Sanctorum ob divini cultus augmentum, quem piis augeri desideriiis nostris temporibus affectamus, nostreque progenitorum et successorum nostrorum animarum remedium salutare, appropriavimus et donavimus, appropriamus presentibus solempniter et donamus altari beate virginis Marie et sanctorum Johannis evangeliste, Sigismundi Martiris, Hugberti confessoris sanctarumque virginum Catharine, Barbare et Dorothee in ecclesia ejusdem gloriose virginis Marie in Berlin sito et consecrato octavum dimidium frustum denariorum Brand. reddituum annuorum in theloneo civitatis nostre Frankenforde, qui quidem redditus quondam Pezkoni Lowen civi Frankenfordensi bone memorie et suis heredibus pertinuisse dinoscuntur, cum omnibus iuribus, graciis, commodis, honoribus, libertatibus ac pertinentiis vniuersis, quibus discretus Franznow Belkow dicti civitatis Frankenfordensis civis et sui heredes a nobis hucusque in pheodum tenuerunt et nobis tanquam patrono prefati altaris pro parata pecunia ad usum et vtilitatem Rectorum ejusdem altaris, qui pro tempore fuerint, vendiderunt, in antea a nobis, iusto proprietatis titulo, ad habendum, tenendum, vtiliendum, quiete et sine quolibet impedimento perpetuo possidendum, renunciantes pro nobis heredibus ac successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in predictis redditibus competeat, hactenus competit vel